



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1514. usque ad annum 1520

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118464**

§. 49. Petrus Navarrus a Gallis ad eorum vexilla accitus

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66414)

Sæcul. XVI. A.C. 1515. *Gavimbert. annal. de Fr. l. 4. Mezery Abreg. chro. t. 4. p. 209. Belcar. l. 16. n. 12.* suis consiliis intentus, Cataphractorum agmen quatuor Lanceariorum millibus auxit, unde facile viginti peditum millia recensebat. Ingentem quoque tormentorum apparatus adduxit, Gallis interim, Germanisque peditibus versus Lugdunensem agrum procedere iussis. Cum vero Rex pecuniis exhaustus tam validas copias alere non posset, Prato Cancellario suo negotium dedit, ut pecunias corraderet, unde eo suadente Rex Magistratus vendidit (\*), novamque viginti Consiliariorum Curiam erexit, ex quibus duo delegata Curiae supremæ Parisiensis judicia constituebantur (\*\*), præterea idem Francisco Regi adversus avita regni statuta suggestit, quod regiam potestatem non excederet, si non expectato regni ordinum consensu nova vectigalia decerneret.

## §. XLIX.

*Petrus Navarrus a Gallo ad eorum vexilla accitus.*

Præterea Franciscus cum quadam corrasæ

(\*) Palatius in vita Maximiliani I. num. CLXXXII. subjungit: *Non sine injuria; venales enim Magistratus, venales quoque sententias habere, consentaneum est.*

(\*\*) Gallice vocantur Tournelles.

rasæ hujus pecuniæ parte Petrum Na-  
 varrum, qui in Ravennatensi prælio ca-  
 ptus, adhucdum in Galliis detenebatur,  
 ad deserenda Hispanorum signa sollicita-  
 vit. Hunc enim, cum is inter præstan-  
 tissimos totius Europæ Belliduces meri-  
 to celebraretur, Rex ad sua stipendia  
 pertrahere cupiebat; eoque sine lytri no-  
 mine viginti Ducatorum millia e Regis  
 ærario solvi jussit. Petrus hac Francisci  
 magnanimitate devictus, sese Galliarum  
 Regi Sacramento obstrinxit, a quo eti-  
 am, cum Baro de Molard Vasconum  
 peditum Tribunus sub idem tempus mo-  
 reretur, hac dignitate augebatur.

## §. L.

*Philiberta de Sabaudia Juliano Me-  
 dicæo Pontificis Fratri nu-  
 ptui data.*

Interea Pontifex familiam suam, novo  
 affinitatis splendore illustriorem redde-  
 re satagebat. Equidem Juliano Medi-  
 cæo fratri ejus ipsemet Rex Catholicus  
 Isabellam de Cardonna in Sponsam offe-  
 rebat; Pontifex vero Philibertam Caroli  
 Sabaudia Ducis, ac Ludovicæ, quæ  
 Francisci I. Mater erat, sororem præse-  
 rendam censuit. Igitur Galliarum Rex  
 Leoni novum hoc amicitia vinculum gra-  
 tulandi occasionem nactus, Guilielmum  
 Bu-

Sæcul. XVI.  
 A.C. 1515.

*Memoir. du  
 Bellai.*

*Belcar. l. 14.*

*Apologie de*

*D. Pedro de*

*Navar. imp.*

*ann. 1515.*

*Marian. hist.*

*Hisp. lib. 30.*

*n. 125.*

*Marian. lib.*

*30. n. 114.*

*Machiavel*

*hist. Florent.*

*l. 4.*

*Paul. Jov.*

*in vita Leon.*

*X.*